AUGUSTINUS
Admont, 12. Jh.
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=25973
Copyright: Admont, Benediktinerstift

Hinc etiam consequenter intelligitur non tantummodo de patre dixisse apostolus paulus quod solus
habet immortalitatem. sed de uno et solo deo quod et ipsa trinitas. Hec enim ipsa uita
eterna mortalis est secundum aliquam mirabilitatem. ac per hoc filius dei qua uita eterna
est cum patre etiam ipse intelligitur ubi dictum est solus habet immortalitatem. Et enim
uite eterne et nos participes facti per modo nostro immortales efficimur. Sed aliud est
ipsa cuius participes efficimur uita eterna. aliud nos qui eius participatione uiuemus
in eternum. Si enim diuisset quemtemporibus propriis ostendet patrem beatum et solus potens
rex regum et dominus dominantium quia solus habet immortalitatem. nec sic inde separatum filium
oportuerit intellegi. Hec enim qua ipse filius alibi loquitur uoce sapientiae ipse
est enim sapientia dei quae aut gyrum celi circuiuit sola. separauit a se patrem. quanto
magis igitur non est necesse ut tantummodo de patre preter filium intelligatur quod dictum est
solus habet immortalitatem. cum ita dictum sit ut seruet. inquit mandatum sine
macula irreprehensibile usque in aduentum domini nostri ihu xpi quemtemporibus propriis
ostendet beatus et solus potens rex regum et dominus dominantium quia solus habet immor-
talitatem et lucem habitat inaccessibilem. quem nemo hominum uidit nec uidere
potest. cui est honor et gloria in secula seculorum. In quibus uerbis nec patrem proprie nominatur esse
nec filius nec spiritus sanctus. sed beatus et solus potens rex regum et dominus dominantium. quod est
unus et solus uerus deus ipsa trinitas. Ne forte quisquam perturbatur hic intellectum
qua dixerit quem nemo hominum uidit nec uidere potest. cum hoc etiam ad xpm
pertinere secundum eius diuinitatem accipiatur quam non uiderunt iudei. quia tamen
carnem uiderunt et crucifixerunt. Videri autem diuinitas humano usu nullomodo
potest. sed eo usu uidet quo ia quidem non homines sed ultimi homines. Recte igitur ipse
deus trinitas intelligitur beatus et solus potens. ostendens aduentum domini nostri ihu xpi
temporibus propriis. Sic enim dictum est solus habet immortalitatem quomodo dictum est quia fecit
mirabilia solus. Quod uelim scire de quo dicto accipiam. Si de patre tantum quomodo igitur
uerum est quod ipse filius dixit quecumque enim pater fecit hec eadem et filius fecit similiter.
an quia est inter mirabilia mirabilius quam resuscitare et uiuificare mortuos.